

TIT. XLVIII.

DE FEUDO NON HABENTE PROPRIAM¹ FEUDI NATURAM.

Si quis ea lege alicui feudum dederit: *ut ipse et sui heredes, et cui² ipse dederit habeant*: Respondeo, iste, qui sic accepit, poterit id vendere, vel donare: vel aliter, si sibi placuerit, etiam sine voluntate domini alienare, et ille etiam cui datum fuerit, non habebit ipsum pro feudo nisi sicut³ ei datum est. Sed qualitercumque ei datum fuerit, *sive ad proprium, sive ad libellum*: licet propriam feudi naturam non habeat, jure tamen feudi censebitur: ut ex his causis ipsum amittat, quibus et verum feudum. Ubi ergo sic datum est feudum, *et cui in feudum dederis*, aliud est: et propriam feudi naturam habet.

TIT. XLIX.

DE EO QUI FINEM FECIT AGNATO DE FEUDO PATERNO.

Tres erant agnati, vel plures: unus eorum habebat feudum, quod erat paternum: sed alter eorum finem et refutationem, ei suisque heredibus, et cui ipse dederit, fecit, decessit iste sine filio masculo. Alter qui non refutavit, vendicat sibi totum. Alter vero, qui refutationem fecit, vult ad successionem venire, pacto non obstante. Sapientes quidam Mediolanenses interrogati, responderunt non¹ obstat illud pactum, nisi feudum omnino refutaverit, vel nisi ad hoc refutaverit, ut dominus cum quasi de novo beneficio investiret. Tunc enim secuta investitura nova, quasi novum sit feudum, non succedit.

TIT. L.

DE NATURA SUCCESSIONIS FEUDI.

Successionis feudi talis est natura, quod ascendentis non¹ succedunt: verbi gratia pater filio: inferius vero filius patri succedit, et non² filia nisi ex pacto, vel nisi sit semineum³. Tunc enim succedit filia matri⁴ et patri: secundum quosdam⁵ succedit nepos ex filio solus: et sic usque in infinitum⁶: ex latere omnes per masculos descendentes, usque in infinitum, si feudum sit paternum. Paternum autem voco, quicunque ex superioribus id acquisivit: dummodo scias quod si quis habens beneficium, quatuor superstibus filii decadet: et feudum ad unum solum ex divisione deveniat, et iste superstibus filii duobus vel tribus decadat, qui patruelis dicuntur, et ad unum⁷ eorum beneficium feudi ex divisione perveniat: et similiter iste superstibus filii decadat, qui patruelis dicuntur: ad quorum unum feudum similiter pervenit: sicut etiam ex aliis superioribus vel primis fratribus supersunt masculi: si ille qui feudum habet, decesserit nullo filio relieto: an ad omnes, vel ad quos perveniat, quaritur? Respondeo, ad solos, et ad omnes qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit. Et hoc est quod dicitur ad proximiores pertinere. Isti vero proximiiores esse dicuntur respectu aliarum linearum: sed omnibus hac linea deficientibus, omnes alias lineas aequaliter vocantur.

TIT. LI.

DE CAPITANEO QUI CURIAM VENDIDIT, AN INTELLIGATUR BENEFICIUM VENDIDISSE.

Quidam capitaneus in quadam curte sua beneficium dedit militibus, et postea eandem curiam vendidit, non habita mentione beneficii. Controversia est inter capitaneum et emporem, dicente empore se curiam cum beneficio emisse: domino vero contra dicente, ad eum beneficium non pertinere. Respondetur, illud beneficium non¹ contineri, nisi expresso de eo actum sit.

1. Quesumus esse apud me scio: si filius vivente patre dominum offendit, ita quod feudum amitteret², si pater decessisset: utrum feudum amittat: vel non? secundum istos sic, secundum Gerardum non, et Oberatum similiter.

2. Si voluerit vasallus dominum offendere, sed³ non laboraverit: fe-

¹ Tit. XLVIII. — 1. Tit. 81, infr. — 2. Tit. 26, § 5, vers. feudum, supr. — 3. Tit. 34, § 1, supr.

² Tit. XLIX. — 1. Fac. tit. 26, in fin. supr.

³ Tit. L. — 1. Excep. tit. 84, infr. — 2. 1, feud. 1, § 3. — 3. Tit. 11, supr. — 4. 1, feud. 15.

⁴ Tit. L. — 1. Tit. 26, § 5, vers. in generali, supr. — 2. Vide tamen tit. 55, § 2, infr. —

⁵ Add. L. 18, D. de ponis. — 4. 1, feud. 5, in pr. 17.—5. Tit. 45, supr. — 6. Tit. 26, § 1, supr.

⁶ Tit. 27, 1, feud. 27. — 8. Tit. 23, in fin. supr., tit. 104, infr.

⁷ Tit. L. — 1. Tit. 3, § 2, ult. in pr. 24, § 5, 55, 56, supr. 55, in pr. infr. — 2. Tit. 33, § 1, tit. 40, supr.; tit. 55, in pr. infr. — 3. Add. tit. 55, infr. — 4. Tit. 34, § 5, in fin. supr. — 5. Tit. 93, infr.

dum non amittit. Gerardus et Oberus, similiter etiam si laboraverit, non amittit feudum, nisi⁴ insidiatus ei fuerit, et hoc probatum fuerit.

3. Similiter si quis investitus fuerit de feudo, ita ut ad feminas transire, et duas filias tantum reliquerit, quarum una filium habeat, et altera filiam: utrum post mortem illarum masculus tantum feudum habeat? Secundum Gerardum masculus tantum feudum. Oberus contra; et alter si filios illi habuerit.

4. Filius non potest⁵ recusare hereditatem patris absque feudo, propinquus autem potest.

5. Si contentio fuerit inter filiam et propinquum de hereditate et de feudo: cum filia feudum habere non poterat: quia dicat ipsa, hoc est de mea hereditate: et ille dicat, imo de feudo: electio⁶ propinquus erit discernere veritatem jurejurando. Gerardus et Oberus. Et similiter si contentio fuerit inter aliquem qui emisit a seniore, et vasallum: qui dicat vasallus, hoc est de feudo meo: ille autem negat: electio emptoris est veritatem jurejurando discernere, cum paries curitis veritatem non testantur: Gerardus et Oberus.

6. Similiter feudum legi commissoria⁷ datum non valet, id est, si ad certum tempus pecunia non solvatur creditori, ut habeat in feundo. Gerardus et secundum Oberum valet.

7. Similiter potest feudum dari ad certum⁸ servitum Gerardus et Oberus.

TIT. LII.

DE PROHIBITA FEUDI ALIENATIONE PER LOTHARIUM¹.

LOTHARIUS divina favente Clementia III, Imperator Romanorum, pius, felix, inclytus, ac triumphator, semper Augustus universi subjectis suo imperio, Salutem.

Imperialis benevolentia proprium esse judicamus, commoda subjectorum investigare, et eorum calamitatibus diligenter cura mederi: similiter reipublica bonum statum, ac dignitatem imperii omnibus privatis commodis praeponere. Quocirca omnium fidelium nostrorum tam futurorum quam praesentium noverit universitas, qualiter dum apud Ronchaliæ² secundum antiquorum imperatorum consuetudinem pro justitia ac pace regni componenda consideremus: omnia que ad honorem imperii Romanorum spectare videntur, sollicite indagantes, perniciosissimam pestem, et reipublica non mediocre detrimentum inferente rescare possumus. Per multas enim interpellationes ad nos factas comperimus milites sua beneficia passim distrahere: ac ita omnibus exhaustis, suorum servititia subterfugere: per quod vires imperii maxime attenuatas cognoimus, dum proceres nostri milites suos omnibus beneficiis suis exitos ad felicis nostri numinis expeditionem nullo modo transducere valeant. Horatu itaque et consilio archiepiscoporum, ducum, comitum, marchionum, palatinorum, ceterorumque nobilium, similiter etiam iudicium hac haec editi lege in omne avum Deo proprio valitudo decernimus, nemini³ licere beneficia que a suis senioribus habent, sine ipsorum permissione distrahere, vel aliquod commercium adversus tenorem nostre constitutionis excogitare, per quod imperii vel dominorum minuar utilitas. Si quis vero contra haec nostræ legi saluberrimæ praecepta ad hujusmodi illicitum commercium accesserit, vel aliquid in fraudem hujus legis machinari tentaverit: pretio⁴ ac beneficio se caritatem agnoscat. Notarium vero qui super hos tali contractu libellum vel alium instrumentum conscriperit: post amissionem officii, ipsum infamie periculum sustinere sancimus. — Dat. 7 die mensis novembr. M.C. XXXVI.

Imperator LOTHARIUS August. universo populo.

2. Satis bene dispositum ad utilitatem regni, et ad perniciosam pestem destruendam, in scriptis inserere curavimus. Quidom⁵ miles bina beneficia a duobus dominis, prout solitum est, acquisivit: qui decadens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se dividentes, alter eorum dominio suo pro beneficio quod a eum pervenit, fidelitatem nullo anteposito, sicut pater fecerat, fecit. Alter vero frater pro suo beneficio alteri domino suo similiter, quia nullum alium dominum habere videbatur. Defuncto posteriori fratre sine filii, nullo anteponiti fidelitatem fecit. Defuncto posteriori fratre sine filii, ut prius personam, et sic dominus posterior talem fidelitatem querit, qualem eius frater fecerat. Quas amputantes alterationes, sancimus quod frater fecit [scilicet] in dando

simpliciter] nil superstiti obesse: licet in secundam et tertiam generationem, et usque in infinitum pervenit, si hoc actum erit.

Imperator LOTHARIUS Augustus, etc. Eugenio papæ, et universo populo.

1. Quoniam inter⁶ dominum et vasallum nulla fraus nec ullum malum ingenium debet intervenire, idcirco per hanc præsentem legem sancimus, si vasallus non dolose per annum⁷ et diem steterit quod a domino sui beneficii investituram non petierit: feendum non ob hoc amittat; dolus⁸ enim abesse videtur, si justa causa impedita steterit. — Dat. 6 kalendas septembres anno nativitatis Domini M.C. XXVII, indictione V.

TIT. LIII.

DE PACE TENENDA INTER SUBDITOS, ET JURAMENTO FIRMANDA ET VINDICANDA: ET DE POENA JUDICIBUS APPONITA, QUI EAM VINDICARE, ET JUSTITIAM FACERE NEGLEXERINT.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, universi subjectis suo imperio, Salutem.

Hac edicti lege in perpetuum valitura, jubemus, ut omnes nostro subjecti imperio, veram et perpetuam pacem inter se observent: et ut inviolata inter omnes perpetuo obseruantur, duces, marchiones, comites, capitanei, valvassores, et omnium locorum rectores, cum omnibus locorum primatis et plebeis, a decimo octavo anno usque ad septuagesimum, obstringantur juramento, ut pacem teneant, et rectores locorum adjacent in pace tenenda atque vindicanda: et in fine uniuscujusque quinquennii de predicta pace tenenda omnium sacramenta renoverentur. Si quis vero aliquod jus de quacunque re vel facto contra aliquem se habere putaverit, iudiciale aeat potestatem, et per eam ius sibi competens exequatur. Si quis vero ausu temerario praedictam pacem violare presumperit: si civitas est, pena centum librarum auri camerae nostræ inferenda puniatur: oppidum vero tringinta libras auri mulctetur: duces autem, marchiones et comites quinquaginta libras præstent: capitanei quoque et majores valvassores, viginti auri libras puniatur: minores vero valvassores et omnes alii predicta pacis violatores tres libras auri inferre cogantur, et dannum passo secundum leges resarciant. — § 1. Injuria seu furtum legitime⁹ puniatur. Homicidium quoque et membrorum deminutio, vel aliud quodlibet delictum legaliter¹⁰ vindicetur. Judices vero et locorum defensores, vel quicunque magistratus ab imperatore, vel eius voluntate constituti seu confirmati, qui justitiam facere neglexerint, et pacem violatam vindicare legitime supersederint: damnum omni injuriam passo resarcire compellantur: et insuper si major judex est, sacro ariero penam decem librarum auri præstet: minor autem pena trium librarum auri multetur. Qui vero ad predictam penam persolvenda inopinata dignoscitur laborare, corporis¹¹ sui correctionem cum verberibus patiatur: et procul ab eo loco quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat. — § 2. Convicticula¹² quoque in civitatibus, omnesque coniurationes, et extra, etiam occasione parentela, et inter civitates et ciuitates, et inter personam et personam, sive inter ciuitatem et personam, modis omnibus fieri prohibemus: et in præteritum factas cassamus, singulis coniuratrum pena unius libra auri puniendis. Episcopos vero locorum ecclesiasticæ censura violatores hujus sanctionis, donec ad satisfactionem veniant, volumus coercere. Receptabitorum¹³ etiam malefactorum, qui predictam pacem violaverint, et prædam ementibus, nostram indignationem subtiliter, et eisdem penis ferendis. Præterea bona ejus publicentur, et dominus ejus destruantur. Qui pacem jurare et tenere noluerit, beneficio et lege pacis non fruatur. Illicitas etiam exactiones¹⁴, maxime ab ecclesiis (quam abusus jam per longa tempora inolevit) per ciuitates et castella omnino condemnamus et prohibemus: et si facte fuerint, in duplo redendantur. — § 3. Item sacramenta¹⁵ puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis, inviolabiliter custodiuntur. Per vim autem et justum metum etiam a majoribus (maxime ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant, extorta,) nullus esse momenti ju-

6. Tit. 97, infr. — 7. 1, feud. 22. — 8. Tit. 97, infr.

9. Tit. LII. — 1. Fac. 2 7, 2 10; Inst. L. 6, in fin.; L. 7, 2 1; L. ult. in fin. D. de injuris.

— 2. Fac. 2 5, Inst. de publ. judicis; L. 5, 2 8 ult. D. ad leg. Cornel. de securis; tit. 27, supr. sive si quis.

— 3. L. 1, in fin. D. de ponis.

— 4. Add. L. 15, C. de episcopis; L. 5, C. de his qui ad eccles. configuntur.

— 5. Tit. 27, 2 1, supr.

— 6. Tit. 52, 2 1, supr.

— 7. Tit. 40, supr.

— 8. Tit. 52, 2 1, in fin. supr.

— 9. Tit. 40, supr.

— 10. Tit. 77, infr.

— 11. Tit. 40, supr.

— 12. Tit. 77, infr.

dition. Authent. unica.

— 13. Tit. 17, in fin. 26, 2 1, 29, supr.

— 14. Tit. 24, 2 2, supr. 1, feud. 5. — 15. Tit.

40, supr.

— 16. Tit. LV. — 1. Tit. 5, 2 1, supr.

— 2. Tit. 52, 2 1, supr.

— 3. Tit. 9, 2 1, supr. 1, feud.

21, 2 1. — 4. Tit. 52, 2 1, supr.

— 5. Tit. 40, supr.

— 6. Tit. 29, D. de reg. iur.

— 7. L. 11, D. de act. ampli.

— 8. Tit. 52, 2 1, in fin. supr.

— 9. L. 1, in fin. supr.

— 10. Foc. tit. 99, in fin. 100, supr.

— 11. Tit. 40, supr.

— 12. Tit. 77, infr.

TIT. LIV.

DE ALLODIIS¹.

Ad hoc qui allodium suum vendiderit, districtum et jurisdictionem imperatoris vendere non presumat: et si fiat, non valeat. Si vero contigerit allodium aliquod etiam infdeadum conferri ecclesiæ, vel pro oblatione fideli, vel per emptionem et venditionis, alterius hujusmodi contractum: infdeadum nisi per gratiam ecclesiæ, tanquam de novo receperit, feendum quod habeat, retinere non poterit. Ut autem equitas qua in paribus causis paria iura desiderat, per universitatem totius imperii servetur: firmiter statutum, tam in Italia quam in Alemannia, ut quicumque indica expeditione Romam, ad suscipiendam imperii coronam, regem

fidelitatem faciant: ita¹⁵ tamen, ut vasallus pro uno feudo plures dominos habere non compellatur: nec dominus¹⁴ feudum sine voluntate vasalli ad alium transferat. — § 2. Insuper si filius¹⁵ vasalli dominum offendit, pater a domino requisitus ducat filium ad satisfacendum domino: vel a se filium separat: aliqui feudo privetur. Si autem pater vult eum deducere ut satisfaciat, et filius contemnit: patre mortuo in feudum non succedit: nisi prius satisficerit domino. Parique modo vasallus pro omnibus suis domesticis faciat. Illud quoque praecepimus, ut si vasallus de feudo suo alium vasallum habuerit: et vasallus vasalli dominum domini sui offendit, nisi pro servitu alterius domini sui hoc fecerit, quem sine fraude ante¹⁶ habuerit, feudo suo privetur: et ad dominum suum a quo ipse tenebat, revertatur: nisi requisitus ab eo, paratus fuerit satisfacere majori domino quem offendit, et nisi vasallus idem dominus a domino suo requisitus¹⁷, eum qui majorem dominum offendit, requirat ut satisfaciat, sicut feudum amittat. Praeterea si inter duos vasallos de feudo sit controversia, dominus sit cognitus, et per eum controversia terminetur. Si vero inter dominum et vasallum lis oritur, per partes curia² a domino sub fidelitatis debito conjuratos terminetur. Illud quoque sancimus, ut in omni sacramento fidelitatis imperator¹⁸ nominatum excipiatur.

TIT. LVI.

QUAE SINT REGALIE.

Imp. FRIDERICUS.

Regalia, armandia¹, via publica², flumina navigabilia³, et ex quibus sunt navigabilia⁴, portus, ripatica⁵, vestigia⁶, que vulgo dicuntur telonia, moneta⁷, multarum penarumque⁸ compendia, bona vacantis⁹, et quae ut ab indignis¹⁰ legibus auferuntur, nisi¹¹ quae specialiter quibusdam conceduntur: bona contrahentian inceas¹² nuptias, condonaturum¹³ et proscriptorum, secundum quod in novis constitutionibus caverunt, angariarum¹⁴, parangariarum, et plaustrorum¹⁵, et navium presentationes, et extraordinaria collatio ad felicissimam regalis numinis expeditionem, potestas constitendorum magistratum ad justitiam expediendam: argentaria¹⁶ et palatia¹⁷ civitatis consuetus: piscatum¹⁸ redditus et salinarum, et bona committentium crimen majestatis¹⁹, dimidium²⁰ thesauri in loco Caesaris inventi, non data opera, vel loco religioso; si data opera, totum ad eum pertinet.

TIT. LVII.

QUOT TESTES SUNT NECESSARII AD PROBANDAM FEUDI INGRATITUDINEM.

Imperator HENRICUS Aug. universo populo, etc.

Si vasallus in honestis factis atque indecentibus machinationibus dominum suum offendit, insidiisque cum clandestinis vel manifestis appetiverit, vel inimicis ejus suas amicitias copularerit, atque in aliis suis versatis est, ut potius inimicis quam fidelis esse credatur, vel si eum eucubitaverit¹, seu in campestri bello suum dominum reliquerit: feudo privabitur. Quod non obtinere sancimus, nisi quinque testibus summae atque integræ opinionis probatum fuerit manifeste. — Dat. 8 idus Augusti feliciter.

TIT. LVIII.

DE NOTIS FEUDORUM.

Notandum est in feudo quod de cavena² seu camera dicitur, non de-

— 13. Tit. 102, infr. — 14. Tit. 9, in fin. 34, supr. 1, feud. 22, 2 1. — 15. Tit. 51, 2 1, supr.

— 16. Tit. 28, in fin. supr. — 17. Tit. 22, 2 1, 2 2, vers. illud. 27, 8 2, supr. — 18. Tit. 7, in pr. supr.

Tit. LVI. — 1. Far. N. 85. — 2. C. vestigia nova. — 3. L. pen. C. de falsa moneta. — 4. L. 5. C. de modo multarum; L. 1, in pr. D. de jure fisci. — 5. L. 1. C. de bonis vacantibus. — 6. L. pen. C. de preposi sacri cubiculi; L. 96, 2 1, D. de legat. 1. — 6. D. et C. de his que ut indigne aufer. — 7. L. 5, 2 2, D. d. 1; L. 7, 2 1, D. de jure patron. — 8. L. 2, C. de episc. aud. — 9. L. pen. C. de legat. — 8. L. 6, C. de incestis nupt. — 10. L. 12, 9. L. ult. C. de bonis proscriptor. — 11. L. 10, 10. L. 11, C. de cursu publico. — 11. L. 10, L. 11, C. de sacros. ecclies.

HIC EST FINIS FEUDORUM IN EDITIONE VULGATA.

bere nisi cum sit in camera, vel cavena, unde solvi possit: vel si ita evacuata sit cavena sine culpa promissoris, expectandum est donec iterum de cavena vel de camera dari possit. Dominum autem feudi dare posse intelligitur, omni are alieno deducto. Non enim æquum est quem videre egentem, quem prius habuit in conjugem, [vel amicum.] Quod autem pares tantum debent interesse investitura feudi, et non alii: hoc tunc² verum est, cum dominus vasallos alias habuerit. Alioqui adhibeat dominus quos meliores poterit, liberos tamen argumentatione legis de ultimis voluntatibus, in Lombarda scilicet illa qua dicit, Si quis donationem facerit volerit de suis rebus alicui, vel investituram: adhibeat sibi de parentibus suis (et per eandem legem jurant) duos testes idoneos, vel tres, vel plures. Pluralis enim locutio, duorum³ numero contenta est. Item sciendum est non esse impedimentum investiture, eti investituram faciat de re quam communem dominus habeat cum aliquo: quia si sponte dividere noluerit ille cum quo habet rem communem, qui investit: potest cogere⁴ per judicem ille qui investitus est, ut dividat. Item heredes eius necesse⁵ habent tenere firmam investituram quam pater fecit. Item eadem lege et eodem jure debet habere rem iste qui investitus est, quam haberet qui eum investivit, cum coherede suo, scilicet ut ad aquatio percurrat usque ad quadraginta annos. Item investitura per se, vel per suum⁶ nuncium dari et acipi potest; qua omnia supradicta colligi possunt per supradictas I. Longobard. titulo de ultimis voluntatibus, l. si quis et C. communi dividendo, l. 1. et 2. [Idcirco pares necessarii sunt in instrumento investitura, et non alii: ne quid exigitur falsitatis in perniciem domini, alii testibus inductis, corruptis forte pecunia, vel odio, vel gratia: qua non sunt suspicanda in paribus.] Si instrumentum diceretur falsum a domino: daretur defensio vasallo qui instrumentum ad se de ferret: ut in Lombard. qualiter quis se defend. d. l. de chartis, et auferetur domino, qui veritatem noverit, et iniquum erit si aliquis ex domo suo conveniatur. Domini est defensio ex ordine⁷, cum vasallus non possideat. Notandum est quod de omni controversia qua inter dominum et vasallum oritur; si pares veritatem noverint, omnino cogi debere a domino et paribus dicere veritatem qui si dicant se nescire, cum sciant, et vasallus postulet: dominus eos cogit jurare, et veritatem dicere: ut C. de testibus, l. si quando, et in Lombard. ut judex unus, etc. et in titulo qualiter quis se defend, d. l. si qualunque causa, et tit de testibus, l. ut quicunque, et l. ult. — Cum datur domino defensio de investitura, qua dicitur esse facta, jurare debet se investitum non fecisse. Cum vero datur successor ejus, jurare debet se non credere investituram factam esse ab antecessore suo. Si qua investitura facta esse dicetur, semper debet nominare dominum a quo investitura facta dicitur: cum multum discrep sacramentum hereditarium a principali sacramento. C. de rebusced. et jurejurando, l. 3, et l. generaliter; et ut habes de tute qui jurat quod credit et existimat: ut C. de jura calum, l. 2; de conscientia⁸ enim sua jurare debet, et non de alieno facto (cum iniquum sit aliquem jurare de alieno facto) haeres vel successor, nec etiam filius: ut D. rerum amotarum, l. Marcellus; sed contrarium reperitur in Lombard. quia licet filius minorum virtutem habeat quam pater, tamen debet precise jurare patrem suum non fuisse debitorem, ut in Lombard. qualiter quis se defendere debet, l. si contingit.

Hic est finis feudorum in editione vulgata. Seguntur fragmenta sive extraordinaria capitula, quae doctissimus Cujacius restituit ex Ardzone et Alvaroto usque ad finem libri quarti. Ac deinde liber V ab eodem Cujacio confectus ex variis imperatorum diversorum feudalibus constitutionibus.

— 12. Add. Edict. Just. 7, 9. — 13. L. 14, C. de officie rect. provinc. — 14. L. 17, 2 1, D. de verb. signif. — 15. L. 5, C. ad leg. Jul. majest. — 16. L. 5, 2 10, D. de jure fisci; N. Leon. 51.

Tit. LVII. — 1, feud. 5.

Tit. LVIII. — 1. Tit. 1, in fin. tit. 2, 2 1, supr. — 2. Tit. 2, in pr. et 2 1, in fin. supr. 1, feud. 16. — 3. L. 12, D. de testibus. — 4. L. 26, 2 4, D. de conduct. indeb.; L. 12, ult. C. communi divid. — 5. Fac. L. 12, C. de rei vind.; L. 5, C. de reb. alienis; L. 59, L. 120, L. 126, D. de reg. juri. — 6. Tit. 5, 2 1, vers. sed utrum, supr. — 7. L. 1, feud. 4, 2 1. — 8. Tit. 82, in fin. supr.

(DEEST LIBER TERTIUS.)

DE FEUDIS

LIBRI QUARTI FRAGMENTA.

TIT. LXXIII.

DE ALIENATIONE FEUDI.

Summopere mandare curamus, ut si quis aliquem de beneficio investiverit, quod ille qui investitus fuerit, non potest per proprium vendere, nec¹ pro levissima relocate, nec infideare; nisi majorem partem apud se retinuerit: et si in desperatione filiorum fuerit, nulla ratione, nec quolibet modo dare potest. Quia omnia si facta fuerint, nullius momenti erunt: et eo defuncto, omnia ad priorem dominum revertuntur; et si dominus conquestus fuerit paribus, pares auditis rationibus intra anni spatium expedire faciant vasallo non faciente satisfactionem, dominus dent possessionem, salvis suis rationibus: nisi definitivam promeruerint sententiam.

TIT. LXXIV.

DE FEUDIS SCUTIFERORUM.

Feuda scutiferorum, ut ad¹ libitum dominorum possint adimi, rationis non est, dum tamen servant secundum laudationem curiae.

TIT. LXXV.

DE CONDITIONE FEUDI NON IMPLETA.

Ut inter conditionalia¹, et non conditionalia aliqua sit differentia, dicimus, quod si quis alii dederit beneficium conditionale (utpote que datur propter habitationem²) deserta habitatione beneficium amittetur; et etiam cum certo constituantur servitio, non dato servitio non potest retinere beneficium.

TIT. LXXVI.

DE FIDELITATE.

Quoniam de fidelitate mentionem fecimus, super ea aliquid summatis despiciamus. Si beneficium est sine³ fidelitate, et vasallus aliquid, quod sit contra suum dominum fecerit, amittat beneficium laudatione parium: hoc idem dicimus in iis, qui fidelitatem jurant. Si cui militi fidelitas requisita fuerit a domino, dominus secundum quosdam librum militi ostendere debet, et miles eam facere debet vel parium laudationi stare intra annum: quod nisi factum fuerit, miles secundum quosdam de beneficio damnari potest, quod contra praecemptum domini Lotharii⁴ regis Papiae datum videtur. Librum autem quod vasallus ostendit, non necessitate fieri, sed voluntate. Est enim quoddam signum requisitione fidelitatis memoria causa. Et venit aliquando ut vasallus dicat domino se facturum fidelitatem, quam pares laudaverunt; tunc non perdit beneficium, si stat per dominum, quod faciat curiam. Qui fidelitatem jurant, si voluntate utrorumque separatio facta fuerit, fidelitas finitur: si sua voluntate vasallus vel iudicio partium feudum dimisit, fidelitas durat.

Tit. LXXIII. — 1. Tit. 9, 2 1, supr.
Tit. LXXIV. — 1. Tit. 81, inf. 1, feud. 1, in fin.
Tit. LXXV. — 1. Tit. 89, inf. — 2. Tit. 105, inf.
Tit. LXXVI. — 1. Tit. 5, in fin. tit. 24, 2 1, in fin. supr. — 2. Tit. 52, supr.
Tit. LXXVII. — 1. Tit. 85, 8 1, in fin. supr.; tit. 102, inf.

TIT. LXXVII.

SI PLURES SINT DOMINI VEL VASALLI, AN PLURES FIDELITATES VEL SERVITIA DEBEANTUR.

Cum plures fratres vasallus paternum habent beneficium, donec illud iadivis possident, una fidelitas, et unum servitium domino fieri debet: si vero partitum fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates. Servitia vero non pro partibus, ut unum primum, videlicet graviora, sed pro quantitate beneficij moderanda. Plures autem domini, eti feudum inter se dividant, nullo modo nisi unam fidelitatem ex feudo habere poterunt. Servitium vero omnibus non gravitate, sed moderamine faciendum est.

TIT. LXXVIII.

CULPAM¹ UNIUS EX COHÆREDIBUS CÆTERIS NON PRÆJUDICARE.

Cum feudum hereditarium uni ex cohæredibus propria culpa auferatur a paribus per judicium, ceteris non prejudicat. Hoc autem ita intelligitur, ut vivo² eo, vel suis³ heredibus feudum ad ceteros venire non intelligatur.

TIT. LXXIX.

UT RATIO VASALLI PRIUSQUAM DOMINI DISCUTIATUR.

Si contentio fuerit inter dominum et vasallum, et dominus habuerit aliquam rationem contra vasallum, et vasallus contra dominum, vasallus ratio prius discutiatur: quoniam pares majorum⁴ jurisdictionem habent de suo pari, quam de suo domino.

TIT. LXXX.

DE EVICTIONE.

Generaliter verum est in feidis dominos⁴ de evictionibus teneri; at si quis sciens² investituram alterius beneficii acquisierit, eo evicto nullam adversus dominum vasallum actionem habere dicimus, quoniam in acquirendo malam habuit fidem.

TIT. LXXXI.

DE FEUDIS IMPROPRIIS¹ QUE AUFERUNTUR² DANTIS ARBITRIO.

Unum quidem non minus utile, sed satis congruum superioribus adverteri, et ex comprobato usu in scriptis bono arbitrio reducere procuravi. Si quis igitur pro vice dominicaria vel vilicaria, ut dicam pro decania, vel aliis quibusunque angariis feudum quod improprium est, acceperit, nisi specialiter hoc actum sit inter contrahentes, id est, nominatum feudum cum honore feudi, et ita, ut non licet domino auferre quod datum

Tit. LXXVIII. — 1. Tit. 93, inf.; tit. 52, 2 1, in fin. supr. — 2. Tit. 85, inf. — 3. Tit. 93, inf.

Tit. LXXIX. — 1. Tit. 22, in fin. supr.

Tit. LXXX. — 1. Tit. 8, 25, 6, supr. — 2. Tit. 87, 96, inf.

Tit. LXXXI. — 1. Tit. 48, supr. — 2. Tit. 74, supr. 94, inf. 1, feud. 1, in fin. et tit. 2, 1.

fuerit, etiam si administratio illa auferatur: quod datum penitus ablata administratione sine omni obstacle auferre licet. Si autem quod superius dictum est, probare conetur, et quodammodo possidere vasallus quisdam credatur: non jurejurando decidi oportet, sed testibus vel instrumento aliis legitimi probationibus causa firmiter approbetur.

TIT. LXXXII.

PRIUS¹ POSSESSIONEM RESTITUENDAM ESSE QUAM DE PRINCIPALI CAUSA AGATUR.

Si qua contentio de beneficio inter aliquos (prout sœpe fieri solet) orta fuerit, si unus dominus vel loco domini habeatur, et alter vasallus vel loco vasallus habeatur: si per pares secundum usum regni judicium ventiletur, primo de suo recto beneficio investiri debet, et si possessio aliqua perturbata fuerit, modo restitu debet.

TIT. LXXXIII.

SI UNUS EX FRATRIBUS DEDERIT SUAM PARTEM FRATRI, VEL DOMINO VEL EXTRANEO.

Si alter ex fratribus qui paternum¹ habeat beneficium, suam portionem dederit domino vel alicui extraneo: dominus vel extraneous tandem teneat sine prajudicio quam diu² ille, qui dedit, heredem masculum habuerit: si vero sine herede decesserit, alter frater si vixerit, vel eius heres sine ullo obstacle et temporis prescriptione beneficium, quod hereditarium est, vindicet a quoque possidente. Hoc idem dicimus, et si fratres fuerint, et alter ab altero ex fratribus acquisierit: hoc enim verissimum ex usu comprobato dicimus.

TIT. LXXXIV.

PATREM¹ IN FEUDO FILII NON SUCCEDERE.

Quoddam usui traditum recordationis causa in scriptis ponere procuravi. Si quis igitur habens filium, ipsum per dominum investire fecerit, nisi² nominatum cum domino pactus fuerit, ut si filius decesserit ante patrem, quod feendum ad patrem revertatur: dicitur defuncto ante patrem filio, patrem carere beneficio, et domino adquiri beneficium.

TIT. LXXXV.

DE INVESTITURA FACTA MARITO VEL UTRIQUE CONJUGI.

Si maritus de feudo sua uxoris investiatur ea absente, nisi nominatum quasi gerendo¹ uxoris negotium investiatur: sibi acquirit feendum ea scientie vel jubente. Si vero uterque in simul² investiatur, pro parte sibi proficiunt: nisi cum iam dicta distinctione factum fuerit; et dicimus etiam, ut si unus ante alterum sine herede decesserit, quod alterius pars domino adquiratur.

TIT. LXXXVI.

DE FRUCTIBUS¹ FEUDI.

Unum quidem satis usitatum dicimus, quod si aliquis decesserit nullo in feudo relicto herede, jus feudi ad dominum pertinere dicimus: fruges autem extantes non ad dominum, sed ad filias ipsius vasalli, vel etiam ad uxorem ejus pertinere, et hac ratione creditor eas retinere potest, licet pignus habere non possit: et hoc cum distinctione imperialium constitutionum.

TIT. LXXXVII.

AN PRÆSCRIPTIONE¹ FEUDUM ADQUIRATUR.

In beneficiis ut in ceteris contractibus, prescriptions currere satis

Tr. LXXXI. — 1. Tit. 20, 59, 2, 1, supr.
Tr. LXXXII. — 4. Tit. 50, supr. 1, feud.
Tr. LXXXIV. — 1. Tit. 50, supr. — 2. d. Tit. 50, supr.
Tr. LXXXV. — 1. Fac. tit. 3, 2, 1, vers. sed ursum, tit. 58, 2, 1, supr. — 2. Tit. 104, infr.
Tr. LXXXVI. — 1. Add. tit. 38, 25, 45, supr.

JUSTO¹ ERRORE EXCUSARI VASALLUM QUI FIDELITATEM NON FECIT.

Quicunque paratus est facere bene fidelitatem domino suo, prout pater

Tr. LXXXVII. — 1. Tit. 9, 2, 1, in fin. 26, 24, supr. 1, feud. ult. — 2. Tit. 90, supr. 96, 101.
Tr. LXXXIX. — 1. Tit. 2, 2, 1, tit. 75, supr. — 2. Tit. 108, infr.
Tr. XC. — 1. 1, feud. in fin. 14; 2, 2, tit. 20, — 2. Tit. 18, supr.
Tr. XCI. — 1. Tit. 5, in pr. supr. — 2. 1, feud. 1, in pr. — 3. d. tit. 1, in fin. pr. et 6, in fin. pr. — 4. N. 120, c. 5, 2, 1.
Tr. XCII. — 1. Tit. 26, 2, 5, vers. vasallus, supr.

humanum, et rationi congruum videtur. Si quis ergo feendum alienum bona fide ab aliquo justa traditione acceperit, licet dominus non sit, cum verus dominus in traditione putetur, longi temporis præscriptione jus sibi acquirit. Si vero malam² fidem habuerit, nulla se poterit tueri præscriptione, nec etiam de evictione agere poterit.

TIT. LXXXVIII.

DE PROBATIONE INVESTITURÆ.

De ingressu curia a quibusdam varia ac diversa putantur: nos autem, quod sepius ac rationaliter in multis curiis et civitibus intelleximus, in scriptis bonæ recordationis causa inserere procuravimus. Quicunque igitur beneficium per investituram acquisierit sine possessionis traditione, pares ad investituram habeat, ut pro ipso veritas discernatur, cum controversia inde fuerit. Sane si possidet, alius quibusdam adjuvet administris. Veruntamen quia milites inopes vasallii sunt, per testes vel per breve testatum probatio satis competens esse dignoscitur.

TIT. LXXXIX.

CONDITIONEM TACITE FEUDUM SEQUI.

Beneficia conditionalia¹, quæ in majoribus curiis a veteri tempore esse noscuntur: utpote patriarcharum, archiepiscoporum, abbatum, abbatisserum, ducum, marchionum, comitum, capitaneorum, sive etiam majorum valvasorum, si duobus, tribus, vel deinceps aliis dantur vasallis, tacite conditions eos sequuntur, nisi nominatum in ipsis traditionibus ipsæ conditions excipiuntur. Hoc idem etiam de his conditionibus, que noviter² constituantur ad harum similitudinem verissimum fore sapientibus placet.

TIT. XC.

FRATREM FRATRI IN FEUDO NOVO¹ NON SUCCEDERE.

Si duo fratres in heredes masculos et feminas de beneficio investituram acceperint, altero decedente filii relicta, neptum cum patruo ad feendum venire dicimus: cum unusquisque² fratum sue soboli bene consuluit. Si enim frater suus sine ulla progenie decesserit, feendum non ad superstitem, sed ad dominum perveniet: nisi pactum de successione factum foret.

TIT. X.

DE INVESTITURA ALIENI BENEFICII.

Quidam dominus habens beneficium, reliquit duos filios: et unusquisque ipsorum habuit duos vel tres filios: unus illorum fratum decessit, una tantum filia relicta: portionem illius non¹ ad omnes superstites, sed ad patruos illius et suis posterioribus pertinere dicimus.

TIT. XC.

fecerat fidelitatem patri vel antecessori domini, dum tamen haec bona fide dicat, et non dolose, sed justo errore, omnino condemnari non potest. Cum enim controversia est inter ipsos, per antiquitatem feudi, vel per breve testatum, vel per testes domino incumbit probatio, alioquin per vasallum veritas inquiratur.

TIT. XCIII.

FACTUM FRATRIS¹ FRATRI IN FEUDO PATERNO NON NOCERE.

Quoddam satis bene dispositum ad utilitatem, et ad perniciosam callitatem destruendam, in scriptis inserere curavimus. Quidam² miles bina beneficia a duobus dominis, prout solutum est, acquisivit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se dividentes, alter eorum suo domino pro beneficio quod ad eum venit fidelitatem nullus³ anteposito, sicut pater fecerat, fecit. Altervero frater alteri domino similiter pro suo beneficio, quia alium nullum dominum habere videbatur, nullo anteposito fidelitatem fecit: defuncto posteriore fratre sine filiis, utrumque feendum in unam, ut prius, venit personam; et sic dominus talem fidelitatem querit, quem frater eius fecerat: quas alterationes amputantes dicimus, illud, quod frater fecit, nihil superstiti obesse: licet in secundam et tertiam generationem, et usque ad infinitum perverentur.

TIT. XCIV.

DE FEUDO GUARDIAE¹ ET GASTALDIAE.

Quod nomine gastaldia vel guardia in feudum datur, ablata gastaldia vel guardia iure auferri² potest.

TIT. XCV.

DE SUCCESSIONE FEUDI.

Quidam dominus habens beneficium, reliquit duos filios: et unusquisque ipsorum habuit duos vel tres filios: unus illorum fratum decessit, una tantum filia relicta: portionem illius non¹ ad omnes superstites, sed ad patruos illius et suis posterioribus pertinere dicimus.

TIT. XCVI.

DE INVESTITURA ALIENI BENEFICII.

Si quis acceperit investituram alterius beneficii, inutilis est haec investitura: et qui sciens hoc agit, de evictione¹ agere non potest.

TIT. XCVII.

NON AMITTERE FEUDUM EUM QUI SINE DOLO CESSAVIT PER ANNUM IN PETENDA INVESTITURA.

Inter¹ dominum et vasallum nulla fraus debet esse, et inde potest accipi, si vasallus non dolose steterit per annum² querere investituram sui beneficii, non damnabitur; dolus enim abest, si justa causa impedit steterit, vel etiam cum amore servitum fecerit domino conscientia. Dicimus autem ut si contra³ ea quæ in fidelitate nominantur fecerit, beneficium carebit.

TIT. XCVIII.

EX DELICTO VASALLI FEUDUM AD DOMINUM REDIRE.

Vasallus habens feendum deliquerit contra dominum, cui judicatum est: agnati cum domino litigant, quidam domino dicunt pertinere: quidam agnato. Dicimus autem ad dominum non pertinere, donec¹ aliquis masculus ex delinquenti vasallo superest, alii vero contradicunt.

Tr. XCIII. — 1. Tit. 78, supr. — 2. Tit. 52, 2, 1, supr. — 3. Tit. 99, infr.

Tr. XCIV. — 1. Feud. 2, 1, tit. 51, supr.

Tr. XCV. — 1. Tit. 50, in fin. supr.

Tr. XCVI. — 1. Tit. 80, in fin. supr.

Tr. XCVII. — 1. Tit. 52, 2, 1, tit. 77, supr.

Tr. CH. — 1. Immovide tit. ac. 2, 4, vers. mulier, supr.

Tr. CIV. — 1. Tit. 51, 2, 1, supr.

Tr. XCVIII. — Tit. 78, supr.

TIT. XCIX.

DE FEUDO LIGIO.

Si quis investitus de feudo ligio, pro quo contra¹ omnes fidelitatem domino debet, Lucio et Titio ex se descendantibus filiis, sibi heredibus institutis, vita decesserit, divisione facta, si ad solum Titum feendum pervenerit, rationabiliter placuit eum solum fidelitatem sacramento esse obnoxium, ad quem solita feudi jura transierint; quod si ab alio domino Lucius postea feendum per investituram acquisierit, pro quo similiter ei contra omnes homines fidelitatem fecerit: decedente Titio sine liberis, ad quem devolvatur feendum, quod ex divisione habuerat, an ad alium fratrem, an ad dominum queri potest; et cum placeat quem ligium hominem duorum esse non posse, videri potest feendum ad dominum pertinere; sed rectius visum est feendum, quod per investituram acquisiverit, impedimento ei non esse, licerisque ei per² substitutum acceptabilem domino priori servire.

TIT. C.

IMPERATOREM FEUDUM AMITTERE VEL ALIUM PRO SE FIDELEM DARE.

Ex facto incidisse scio Fridericum principem nostrum, cum ab initio dux esset, et pro ducatu fidelitatem faceret, divino nato postea imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate pro ducatu, petenti domino respondisse, non teneri se fidelitatem facere, cum omne hominum genus sibi fidelitatem debeat, et ipse soli Deo et romano pontifici. Sed cum insidente feudi domino de hoc contenderetur, proceribus prudenter, visum est, feendum amissum esse, vel alium¹ ducem in ducatu constitendum, qui feudo servire debeat, et domino fidelitatem faciat.

TIT. CI.

ECCLESIAM FIDELITATEM NON FACERE.

De negotio super quo nos consulere voluisti tibi secundum jus curia et usum feudi breviter respondemus, quatenus pro feudo, quod ab aliquo per ecclesiam detinatur, nulla sit facienda fidelitas.

TIT. CII.

NON COGI VASALLUM PRO UNO FEUDO DUAS FIDELITATES FACERE.

Insuper etiam te instruimus esse volumus, quod si dominus a quo feendum tenebatur, diem suum pluribus heredibus relictis obierit: vasallii qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, nisi domini illud feendum primo partentur: quoniam secundum jus feudi non debet quis duas¹ fidelitates pro eodem feudo facere.

TIT. CIII.

FILIOS TANTUM SECUNDI MATRIMONII Matri IN FEUDUM SUCCEDERE.

Mulier quæ feendum secundi viri contemplatione acquisierat, si ex utroque matrimonio superstibus liberis decesserit, solos ex¹ secundo viro susceptos filios ad feudi successionem admitti, usus curiarum obtum est.

TIT. CIV.

CASUS QUIBUS FOEMINA IN FEUDO SUCCESTIT.

Si cui militi ad certum¹ servitum feendum fuerit datum, isque relictus ex se descendente foemina, decesserit, que id servitum juxta feudi con-